exercentur. Pateat itaq; porta ad orientē:
vt hi qui sacramēta fidei bene inchoauē
rūt: et in nulla postmodū viciorū profundi
tate demersi sūt: ad gaudia secreta perue
niāt. Pateat porta ad aquilonē: vt hi q
post inchoationē caloris et lumis in pecto
rū suorū frigore et obscuritate dilapsi sūt et
cōjunctionē penitente ad veniā redeāt:
et que si interne retributiōis vera leticia
cognoscāt. Pateat porta ad meridiē: vt
hi qui in sanctis desiderijs in virtutibus
seruent: spiritali intellectū quottidie inter
ni gaudiū mysteria penetrēt. Inter hec
autē queri potest: quattuor hui⁹ mun
di partes sint: cur in hoc edificiō be exte
riores nō quatuor: sed tres porte esse me
morant. Quod recte querendū fuerat: si
propheta nō spiritale sed corporale edi
ciū vidisset. Sancta em̄ ecclesia: id est spi
rituale edificiū: vt ad secreta gaudia pertin
gar: tres solummodo portas habet: videli
cet fidem: spem: atq; charitatem. Unam ad
orientē: aliam ad aquilonē: tertiam ad mer
idiē. Porta quippe in oriente est fides:
quia per ipam lux vera nascit in mente.
Porta ad aquilonē spes: quia vnuſquis
q; in peccatis positus: si de ventia despe
rauerit: funditus perit. Unde necesse est:
vt qui per suam iniquitatem extinct⁹ est:
per spem misericordie reuiuscatur. Porta
ad meridiē charitas: quia igne amoris ar
det. In meridiana eterni parte sol in altrū
ducitur: quia per charitatem lumen fidei
in dei et proximi dilectionē sublēnat. Tris
bus igitur portis ad interiorū atrī tendi
tur: quia per fidem: spem: atq; charitatē
ad gaudia secreta peruenit. Alia quo
q; questio oritur: cur porta atrij interioris

ris posita contra portam orientis et aqui
lonis dicitur: et an ad australem portam
pateat tacetur? Sed quia per orientem in
choantes: per aquilonem lapsos dicim⁹
designari: dignum sūt vt vel de inchoan
tibus quibus adhuc sol in teapore est: vel
etiam de lapsis: sed per conuersionem re
deuntibus aperte diceretur: q; eis porta
atrij interioris pateat. Quatenus ex ipsi
nos certos faceret: de quib⁹ dubitare po
tuerat. Hoc autem de porta australi dicē
dum non erat: quia eos ad gaudia inter
na pertingere: qui seruore spiritus in vir
tutibus permanent nullus ignorat. Se
quitur.

Et celate palme erant: una
hinc: et altera inde in fronte
eius.]

Quid est hoc quod prius in frontibus
pictura palmarum: nūc autem celate pal
me in fronte esse memozantur? Sed sicut
iam superius diximus: Pictura palmaru
rum est ostensio signorum. Nunc vero ce
latura palmarum dicite: vt bonorum ope
rum demonstratio designetur. His enim
summis p̄dicatoribus dicit: Videat ope
ra vestra bona: et glorifieat patrem vestrum
qui in celis est. Matb. 5. Qui igitur in
vita sua impressa esse sancta opera dem
strant: palmas in fronte celatas habent
quia quā illos imposterum victoria ses
quatur: iam nūc in sanctis suis operi
bus ostendunt. Vel certe quia fidem per
orientis: spem per aquilonis: charitatem
vero per australem portam diximus desi
gnari. Notandum vero nobis est: quia in
orientis porta pictura palmarum: in aqui
lone vero et meridiē celatura esse perbi
betur. Quia cōtingit sepe vt hi qui ad
huc inchoantes sunt neccum se in operi
bus solidis ac magnis exerceant. Hi ve
ro qui post iniquitates ad virtutē redeūt:
plerūq; vt culpas suas ante omnipotenti
dei oculos tegere valeāt: in magnis opti
bus exercēt. Et q; iā seruore spūs actib⁹ et

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

virtutibus excreuerunt: quasi meridies in sanctis actibus inardescunt. In orientis ergo porta pictura est. in aquilonis vero et meridiei celatura. Quia signum victorie quod inchoantibus ostenditur: hoc in re uertentibus atque seruētibus iam solidius et robustius tenerit. Motu quoq; magnopere est. q; dicitur hinc et inde. Omnes enim qui ad vire aditum tendim: et ex dextero et sinistro latere habere palmam debemus. Qod enim hinc et inde dicitur. laetus virtus signatur. A dextro igitur palma habet is: quem prospira non extollunt. A sinistro palma habet is: quem aduersa non deuictum. Quasi ex viraq; pte porta bat paulus palma cum diceret. Per arma iusticie a dexteris et a sinistris per gloriam et ignobilitatem. per infamiam et bonam famam ut ieductores et veraces. 2. Coz. 6. Non hunc aduersa frangebat. non prospera in menti tumor subleuabat. Hinc inde ergo gestabat palma. quia et in aduersitate fortis. et in prosperitate humilis permanebat. Quisquis enim de prosperis extollitur: habere in dexterā prem palman necit. Quisquis in aduersitatibus frangitur: portare palmam et in sinistro latere ignorat. At ergo hinc et inde palma gesta in fronte: adesse semper nostris mentib; debet et in aduersis fiducia: et in prosperis timor. Ne aut aduersa in desperatione pertrahant: aut prospira animū in sui fiduciā extollant. Hinc est q; idē egregi⁹ predicator dicebat. Scio et humiliari: scio et abundare. ubiq; et in omnibus institutus sum. Et satiari. et esurire. et abundare. et penuriam pati. omnia possum in eo q; me confor̄tat. Phil. 4. Nunq; fratres ars est aliqua humiliari et abundare: satiari et esurire. abundare et penuria pati. ut proximo se ista scire tantus predicator insinuet. Ars omnino et mira discipline scientia: que toto nobis cordis est nisu discenda. Que enim penuria sua non frangit. a gratiaruactione non retrahit. in reru tem poralium desiderii non accedit: scit humiliari. Hoc enī loco apostoli humiliari: di cit penuria perpeti. Ma statim econtrario subiungit. scio et abundare. Qui enim acceptis reb; is non extollit. qui eas ad usus vanie glorie non intorquet: qui solus non possidet qd accepit. sed hoc cum indigenibus misericorditer diuidit: scit abundare. Qui accepta alimenta no ad ingurgitatione ventris vititur: sed ad repationē virtutis. nec plus carni tribuit q; necessitas petit: scit satiari. Qui alimento in opiam sine murmuratione tolerat. nec p necessitate virtutis agit aliquid. vñ anima peccati laqueū incurrit: scit esurire. Quem ergo nec abundātia in superbiaz eleuat. nec in necessitate cupiditas irritat nouit abundare: nouit penuriam pati. Qui cum statim subdiderit: omnia possūtne elationis esse verba crediderimus: ad iunxit in eo qui me confortauit. Ecce in altum ramus prodij. Sed quia in radice se tenuit: in viriditate permanuit. In altum enim surgēt aresceret: si se a radice diuississet. Sibi enī nihil tribuit. quia omnia se posse non in se: sed in eo qui se confortat fatur. Hinc et inde ergo predicator egregius palma habet: quem nec abundantia in subgiam: nec in opia ad avariciam pertrahit. Discamus itaq; fratres non solum in prosperis: sed et in aduersis quoq; gratias agere. Pater enim nobis expiatae sua factus est conditor noster. nosq; adoptiuos filios ad hereditatez regni celestis nutrit. Et non solum donis reficit: sed etiam flagellis erudit. Discamus igitur abundare. ut cuncta que ab eo accepimus cu indigētibus partiamur. ut mente abundātia no eleuer: ne forsan gaudeat. quia hoc adest sibi qd deest alteri. et non iam cōmuni bono: sed proprio letet. A priuato gaudio veritas ad cōmune discipulos reuocat: eos de predicatione redeuentes et de subiectione demonū letates admonet: vicens. Holite gaudere super hoc: sed potius gaudete et exultate. quoniam vestra scripta sunt ī celo. Luc. 10. Non enim omnes electi demonia eiciunt: sed tamen electorum omnium nomina celo

Liber
Immutare allcripta
Capitula genitaria le
moni autem et p
re. Aliquaque ita
non habet ipsi
fame quidam
hunc nos appet
nos admoneat o
dum nos ea que
Est in ratione
diligit mundane
et. Golden. Hem
minis tenet. qui
tua et eterna vita
eligimus dicta
tota possidemus
tuis in dulce voice
mundi elsoncay
cupido sceleris
2. Ide et habet
q; uale et con
dit. et quod alia
prospera colla
discidit ad pro
ane son et. Sup
partu in genit
mox in fiducia
q; incans aut
tuem patre qd
que confortat
modo crescit. Bi
vicias et. Quā
intercepitanc
regina captiu
undanciarem sc
vi non solus ea qu
in que de longin
mus. Discamus p
non habemus ha
cūrātus. ne fel
bus omib; certi
valde sunt ea que
te pacientis prep
sol in via docent. 2
refoca paupertas
fit. cum deest ter
eterno iudicatio

Liber II

tenentur ascripta. Admonentur ergo discipuli priuata leticiam deponere. de cōmuni autem et perpetua felicitate gaudeare. Quisquis itaq; in eo gaudet qd alter non habet: ex ipsa sua abundatia deterior factus: gaudium priuatum habet. Contra huius nos appetitū abundantie Johannes admonet dicens. Nolite diligere mundum: neq; ea in mndo sunt. 1. Joh. 2. Qui mox rationē subditd quare. Si qd diligit mundū: non est caritas patris in eo. Ibidem. Nemo enī potest duobus dominis servire. quia nō valet simul transitoria et eterna diligere. Si enī eternitatē diligimus cūcta tēporalia in v̄su non ē affectu possidemus. Qui eandē rationē p̄tinus subdit: dicens. Quia omne quod ī mundo est: concupiscētia carnis est. et cōcupiscētia oculorū. et supbia vite. 1. Joh. 2. Ideo enī habere aliquid holes et ultra qd necesse est concupiscētū: vt habēdo superbiant. et qd hoc aliis nō habet: se in cogitationibus extollat. Quisquis itaq; talis est: adhuc ad portāndā abundantiam doctus non est. Sepe autē qd auaricia ex appetitu suggerit: necessitatē putat. Et cum minora sufficiant: dolet maiora desellet: qd incautus anim? quandā quasi necessitatē patitur quā partē. Et cū nimia sunt que desiderat: suam sibi auariciam aliquo modo excusat. Abundatia itaq; superbie vicina est. Quia si quādo etiā cupiditas intercepit: hanc (vt ita dixerim) quasi p̄regrina captiuas inuasit. Si igitur abundandi artem scire volumus: necesse est ut non soluz ea que vicina sunt: sed ea etiam que de longinquo veniunt: vitta fugias mus. Discamus penitū pati. ne ea que non habemus habere etiam cū culpa resquiramus. ne felices putemus quos rebus onustos cernimus. Phil. 4. Nam valde sunt ea que sibi quasi in sumptus vi te presentis preparant. Multa portant: sed in via breui. Magna est in hoc itinere socia paupertas que animū non angustat. cum deest terrena substantia de qua eterno iudici rationes ponamus. Liberi?

Dimilia XIX

ad patriam tendim". quia quasi in via pōdere caremus. Discamus satiarizē in sumendis alimentis corporis gule magis qd necessitatē serviamus. Plus enim concupiscentia qd necessitas petit. Et sepe dum carnis inopie satissimē curamus voluptas surripit: modum refectionis excedit. Unde si vt culpa transeat ad culpā quia plerūq; inde alia tētatio carnis nascit: qd carni īmoderata refectione seruitur. Expectata etenim primi hominis infirmatē natura: in hoc mndo cum nostris tētatiōnibus nascimur. Et caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere: aliquando autē seductrix in malū. Si igitur ei plus qd debemus tribuimus: hostem nutrim". Et si necessitati eius que dobem" nō redimimus: cūuem necamus. Satiana itaq; est caro: sed ad hoc v̄sq; vt in bono nobis opere famulari sufficiat. Nam quisquis ei tantū tribuit vt superbiat: satari penit? ignorat. Ars itaq; magna est satari: ne vñusquis sq; per satietatē carnis ad iniquitatem prouumpat turpitudinis. Discam" esurire: vt nobis ppter abundantia sequētē nostra hic inopia placeat. Nec nos vētris necessitatis ad culpam trahat: nec peccatum menti ipsa indigētia suggestat. Et dum caro fame afficitur: ad cupiditatem animus irritetur: et querat cum culpa p̄uidere vnde carni valeat in necessitate satisfacere. ne cor in indignationē prosiliat: et lingua in murmurationis amaritudinem accendat. Qui igitur in carnis sue īopia se hinc inde circūspicit: atq; a peccati la queo custodit: nouit esurire. Nos itaq; fratres charissimi iram atq; auariciam in aduersitate fugientes et elationem et īmoderata gaudia in prosperitate declinat. quia per fidem. spem. atq; charitatem interioris vite atrium tribus portis intra re conspicim": palmas hinc et inde teneamus. Libet adhuc alterum cūuem celestis patrie ad mētez reducere et qualiter hinc inde palmanam teneat demonstrare. Beat? etenim iob cum esset viris orientalib? diutor: et ei prospera cuncta suppeterent. si

13

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Uis polleret. familia cresceret. greges exuperarent. in tanto omnipotentis dei timore perstitit: ut inter custodiam discipline. inter acta iusticie. inter multa humilitatis obsequia. misericordie operibus intentus. sacrificiis offerendis deditus. holocausto domino pro singulis filiis immolaret: ne quis eorum saltem in corde peccasset. Pensemus ergo quam̄ erat custodia boni operis: qui in filiis suis expiabat sacrificiis culpas cordis. Sed iustus esset in prosperitate innocentierat. Valde autem ignorantum erat: si perseverare iustus et inter flagella potuisset. Tanguitus ergo erat verbere vir ille sanctus in prosperitate interrogatur aduersus. ut qui notus erat omnipotenti domino: notus per flagella fieret nobis et sibi metipisti. Disponente ita quod domino consumpti sunt greges. interficti custodes. cuera domus. extincti filii. percussa caro a planta pedis vosq; ad verticem. Remansit vxor incolumis: quem verbozum laculis vulnera augeret. Sed hanc vir sanctus in ceteratione sanus. ē vulnera prudenter docet: eiq; respondet dicens. Si bona accepimus de manu domini: mala quare non suscipiamus. Job. 2. Iunici quoq; ad consolandū veniunt: ad contumelias prorumpit. et in dolore vulnerum: addunt adhuc vulnera verborum. Immisericordē dicunt: raptorem nominant. violentū denunciant. oppressorem pauperū fatentur. Quid igitur miles de faceret inter dolētia vulnera et amara verba depresso? Ecce flagella dei et verba hominū simul afflitti animuz ad desperationem premunt. sed virtute spiritus plenus: carnis vulneribus lacens. metis robore stans. contra desperationis impulsus reduxit ad memoriam bona que egerat. Quia misericors fuerat: dicit. Oculū fuceco: et pes claudio. Job. 29. Et rursus. Pater eram pauperum. Ibidem. Quia discipline custos et benignus: dicit. Cum quod federem quasi rex circumspectante me excretu: eram tamen merentis consolator.

Ibidem. Quia humiliis fuerat: dicit. Si contempti subire iudicium cu3 seruo meo et ancilla mea: cum disceptarent aduersus me. Job. 21. Quia hospitalis fuerit. fateatur. Si despici pretereunte eo quod non habuerit indumentum. Ibidem. Quia largitur in donis: dicit. Si non benedixerunt miseri latera eius: et de velleribus ouii meorum calefactus est. Ibidem. Quia violentus non fuerat testatur dicens. Si leuani super pupillum manum meam: cum videre me in porta superiorē. Ibidem. Quia de inimici periculo nunquam exultauerit: dicit. Si gaules sum: ad ruinā eius qui me oderat. Ibidem. Quia patiens fuit et etiam suorum malitiaq; equantis miter pertulit: dicit. Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnis eius et saturem? Ibidem. Quid est hoc quod vir sanctus tot suas virtutes inter flagella enumerat? Quid est quod ore suo opera que fecerat laudat: nisi quia inter vulnera et verba que hunc ad desperationem trahere poterat ad spez animū reformat. Et qui in prosperitate humiliis fuit: reuocatis bonis suis ad memoriam: infractus in aduersitate permanxit. Cuius enim animum inter tot flagella illa verba ad desperationem non impellerent: nisi sibi ad memoriam bona que fecerat reuocasset. Evidet igitur sanctus vir mentem suam auditam tot malis ad desperationē constitutū: et mirabiliter studuit in spe certa ex bonis suis actibus solidari. Sic impletur quod scriptum est. In die honorum ne immemoris malorum: et in die malorum ne imemoris bonorum. Eccles. 11. Si ei cui bona hēmis maloz remiscimur: quod aut ipsi passi sumus: aut adhuc pati possumus: accepta bona meyē non eleuant. quia eos gaudium timoz memoriae maloz permittit. Et si cum mala habemus bonoz res miniscimur: que aut iam accepimus: aut adhuc nos posse accipere speramus: malorum pondus animum ad desperationem non premit. quia hunc ad spem memoriae

Liber II

bonorum lenat. Sicutaque fratres charissimi: et per precepta dominica: et per exempla gradumur ut nos nec prosperitas eleuet: nec aduersitas frangat: habere nos ante omnipotentis dei oculos; palmas hinc et inde monstramus. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Explicit omelia. XIX.

Incipit omelia. XX. que exponit litteram. XL. capi. ab illa parte. Et porta atrij interioris in via australi. usque ad illas partem in eodem capi. Et in vestibulo porte due mense hinc et due mense inde.

Bophete verba que largiente domino hodie. charitati vestre loquenda sunt: lectione magis indigent quod expositione. Ea enim in tribus portis interioribus replicantur: que secundo iaz vel tertio de exterioribz dicta sunt. Quae vero in earum descriptione permuntantur. Unde necesse est ea nos que iaz dicta sunt replicare. ut ea que dicenda sunt licet tunc possumus enodare. Itaque nunc dicitur.

Et porta atrij interioris in via australi. et mensus est a porta usque ad portam in via australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam australiem. et mensus est portam iuxta mensuras superiores. thalamum eius frontem eius et vestibulum eius cisdem mensuris. Et fene-

Omelia XX

stras eius: et vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis et latitudinis vingtiquinqz cubitos: et vestibulum per gyrum.

Cuncta hec superius dicta atque exposta esse meministis. Nec dum vero est dictum quod de eodem vestibulo subditur. longitudine viginti et quinqz cubitorum: et latitudine quinqz cubitorum. et vestibulum eius ad atrium exterius. Atque iterum hoc quod iam superius dictum fuerat replicatur cum dicitur. Et palmas eius in fronte: et statim quod adhuc dictum non fuerat subditur. Et octo gradus erant in quibz atque debatur ad eam. Hoc quoque quod de australi porta scriptum est: de orientali quoque porta in eodem ordine narratur. Nam protinus subinfertur.

Et introduxit me in atrium interius per portam orientalem: et mensus est portam secundum mensuras superiores. thalamum eius et frontem eius et vestibula eius sicut supra. et fenestras eius et vestibula eius in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum latitudine vingtiquinqz cubitorum. Et vestibulum eius id est atrij exterioris: et palme celate in fronte eius hinc et inde et in octo gradus ascensus eius.

Ea quoque que de australi porta et orientali dicta sunt: in eisdem verbis etiam de porta que ad aquilonem respicit replicantur. Nam subditur.

Et introduxit me ad portas que respiciebat ad aquilonem: et

¶ 2

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

mensus est secundum mensuras superiores thalamū eius: et frontē eius et vestibulū eius: et feneſtas eius per circuitū: longitudinez quinquaginta cubitorū: latitudinē vigintiquinq̄ cubitorū: et vestibulum eius respiciebat in striū exterius: et celatura palmarū in fronte illius hinc et inde in octo gradus ascensus eius.]

vel octo gradus habent: quia sanctis spiritus suis septiformē gratiam concorditer predictāt. Octauo vero gradu adnūciāt premium retributiois eterne. Unde scriptū est. Da partes septem: nec non et octo. Eccl. ix. Quid itaq̄ dicere possumus exteriōres portas: nisi antiquos patres fuisse qui per precepta legis nouerāt opera populi magis et corda custodire: ut interiores portas predicatores sancte ecclesie debeam⁹ ac ciperare: qui spiritualib⁹ monitis discipulorum suorum corda custodiunt: ne malis que nos faciunt vel in cogitationib⁹ delectent.

faciat vel in cogitationib⁹ delectent. Per illas enim septem gradibus ascendi dicimus istarū vero octo graduū ascensus esse perhibet. Quia et in veneratioē legis dies septimus fuit: et in nouo testamēto octauus dies in sacramēto est: is videlicet qui dominic⁹ appellat: qui tertius a passione sed octauus a cōditione est: quia et septimus m⁹ sequit. Sin vero portarū nōe solos intelligim⁹ sanctos aplos designari: qui videlicet primi nobis sunt sancte ecclesie pdicatores: et nos fidē spem atq; charitatis summōge tenuere docuerūt. Ipsi itaq; nobis in his virtutib⁹ porte sunt: q; nos per easdē virtutes ad interiorē intellectū eterne sapientie perducunt. Sed si ipi exteriōres porte sunt: q; accipim⁹ interiores. Si vero ipi interiores sunt: quos intelligimus exteriores? Quia in re intelligi vtiliter potest: q; ipsi nobis et exteriores simul et interiores porte sunt. Cum est adhuc in choātib⁹ nō alta et mystica: sed quedā que capi preualēt pdicant: porte exteriores sunt. Cum vero perfectis profundā et mystica loquuntur: porte interiores. Videamus quā litter porta exterior pateat. Non potui vobis loq; quasi spiritualib⁹: sed quasi carnali bus tanq; parvulis in xpō: lac vobis potū dedi non escā. 1. Corint. 3. Videamus quā liter portis interior patet. Sapientia loquuntur inter perfectos. 1. Corint. 2. Videamus vtrū ipsa eadē sit porta interior exterior. Sop̄tētibus et insp̄tētibus debitor sum. Rom. 1. Qui rursū dicit: Sine mēte excedimus: deo: sive sobris sumus: vro-

Liber II

bis. 2. Corinth. 5. In hoc enim quod contemplando et loquendo sapientibus mente excedit: porta interior est. In hoc vero quod parvulus sobrie in predicatione se temperat: et quarta ebrietate spiritus infundatur in mente cum predicat non ostendit: exteriorum portam se manifestat. Ipsi itaque et exteriores porte nobis sunt et interiores: que nos et in primo aditu fidelis: spei: atque charitatis instituitur. Et cum iam proficietibus celestis regni mysteria predicatur: per subtiliorē sensum nos ad interiora perducunt. Unde et per septem gradus prius ascensus earum describitur: et postmodum per octo. Per octauum eternū gradum illias vite mysteria signantur: quā in secretis suis perfecti intelligunt: qui iam cuncta temporia mente transscendere nouerūt: qui presente vita que septem dies in curriculo evoluunt plene despicunt: qui de intima contemplatione pascuntur. Habet igit̄ porte spiritualis edificij se primum gradus: quia timor domini: pietate et scientia: fortitudine et constituti: intellectu et sapientia suis auditoribus predicit. Sed cum omnia diuinitati precipiuntur: cum nihil in hoc mundo diligi admonet: nil perfectum teneri: vim contemplationis celestis patrie intendit: atque ī eius suadet mysteriis delectari: gradum addidit ad interiora trahit. Iste gradus docente veritate cuiusdam ostentius est: cui cum legis precepta diceretur: respondit. Hec omnia custodiui a iuventute mea. Matth. 19. Quasi enim iam in septem gradibus stabar: cum a iuventute sua omnia custodisse se diceret. Sed ei mox dicitur: Adhuc unum tibi deest. Si vis perfectus esse: vade vende omnia que habes et da pauperibus: et habebitis thesaurum in celo: et veni sequere me. Ibidem. In quibus verbis octauum equidem gradum videtur: sed ascendere noluit: quia tristis abscessit. Quisquis itaque contemplatio rebus temporalibus eternitatis contemplatione pacificus regni gaudia rimat. Post septem gradus quos timore et operando atque intellectu sapientie sue crescedo tenuit: octavo gradu interioris porte aditum intravit.

Omelia XX

Per octauum vero numerum et dies eterni iudicij et carnis resurrectio designata. Unde et psalmus qui pro octaua scribit a passione iudicij est inchoatus: cui dicitur: Domine ne in ira tua argucas me: neque in furore tuo corripas me. ps. 6. Nunc enim tempus est misericordie: in illo autem iudicio dies ire. In quo videlicet die oīte: hoc tempus finit: quod septem diebus euoluit. Et quia post septem dies sequitur: iure octauus appellatur. In quo et caro nostra resurgit ex puluere: ut siue bona siue mala que egit recipiat a veritate. Unde per legem quoque octauo die fieri circuncisio iubetur. Genes. 7. Nam per membrum quod circumciditur: mortalitas propagatio generalis: descendens quoque et succendentium numerus augeatur. Sed quia in resurrectione mortuorum: nec carnis iam propagatio agit: et decessio atque successio nulla erit: quia sicut scriptum est. Neque nubentiaeque nubentes: sed erunt sicut angeli in celo. Matth. 22. et Marci. 12. et Luce. 20. octaua die precipitur prepucium incidi. Ibi enim locum tam carnis propagatio non tenet: ubi resurgent caro perseverantia eternitatis habet. Per hoc verbum mater virgo descendit: quem dum in utero sine virilis carnis admixtione cocepit: qui primus nobis eternae patre gloriam in sua resurrectione monstravit. Qui surgens a mortuis iam non moritur: et mox ei ultra non dominabilis. Rom. 6. Nobis exemplum dedit: ut ea fieri in die ultimo de nostra carne credamus: que facta de carne illi in die resurrectionis agnouimus. Sed quia de carnis resurrectione nobis sermo se intulit: riste nimis et valde lugubre est: quod quodammodo in ecclesia stare: et de carnis resurrectione dubitate cognoscimus. Hac autem antiqui patres venturam esse certissime crediderunt etiam cum nullum adhuc eiusdem resurrectionis exemplum tenerunt. Quia igitur damnatio digna sunt: qui et exemplum tam dominice resurrectionis acceperunt: et tamen de sua resurrectione dissident: prius tenent et fidem non habent. Eccl.

103

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

as replent: sed quia de resurrectione sua
vobitantur: ipsi quoque mente vacua stant.
De hac quippe resurrectio per beatum
Job dicitur: Scio enim quod redemptor meus
vivit: et in nouissimo die de terra sur-
reverus sum: et rursum circumdabo pellem
meam: et in carne mea video deum. Quem
vulnus sum ego ipse: et oculi mei conspe-
cturi sunt: et non aliud. Job. 19. Hinc etiam
per psalmistam dicitur: In conspectu eius
procidunt vniuersi qui descendunt in ter-
ram. ps. 21. In terram enim mortui: non
spiritu: sed corpore descendunt. In conse-
ptu ergo domini procidunt: qui in terram
descendunt: quia resurgentendo ad iudicium
veniunt: qui nunc in puluere putre-
scunt. Hinc iterum dicit: Sicut in te ani-
ma mea: quam multipliciter et caro mea.
ps. 52. Sicut anima ad deum: videat ca-
ro quid sit: ut resurgat. Hinc rursus ait
Iustus spiritus eorum et deficient: et in pul-
uerem suum reuertentur. ps. 103. Morbi
de carnis resurrectio subiungit. Emitte
spiritum tuum et creabuntur: et renouabis
faciem terre. Ibidem. Hinc iterum dicit:
Exurge domine in requie tuam: tu et ar-
cha sanctificatois tue. ps. 131. Exsurrexit
enim dominus in requie suam cum carnem sus-
am de sepulchro suscitavit. Post hunc
quoque exurgit et archa: quia resurgit ecclie-
sia. Hinc per eundem prophetam de quo lo-
quitur scriptum est. Ezechiel. 37. Ossa
arida audite: verbum domini. Hec dicit do-
minus deus ossibus his. Ecce ego intro-
mittam in vobis spiritum et viuentis. Et das-
abo super vos nervos: et succrescere faciam su-
pervos carnes et superextendam in vos cu-
sem: et dabo vobis spiritum et viuentis. Ibidem.
Hinc est quod propheta alius per re-
surrectionem domini humanum genus vidit
in fine suscitari: atque ait. Suspicabit nos
post duos dies: in die tertia suscitabit nos
et viuemus in conspectu eius. Osee. 6.
Hinc est quod cum de semetipso dominus lo-
querebatur adiunxit. Nolite mirari hoc: quia
venit hora: in qua oes qui in monumeto
sunt audiunt vocem eius. Et procedet qui vo-

na fecerunt in resurrectione vites: qui vero mala egerunt in resurrectione iudicij.
Job. 5. Hinc paulus ait: Unde etiam
saluatorum expectamus dominum Ihesum
xpm: qui reformabit corpus humilitatis
nostrae configuratum corpori claritatis sue.
Philippien. 3. Hinc iterum dicit: Si enim
credimus quod iesus mortuus est et resurrexit:
ita et deus eos qui dormierunt per iesum
adducet cum eo. 1. Thessal. 4. Quod
rursus ait: Primitie dormientium christi
1. Corinth. 15. Si enim nos a mortis somno
non surgimus: quomodo resurrectionem
dominicam primitias habemus? Ecce
et veteres ac noui patres: uno sibi spiritu
de carnis resurrectione concordant. Ecce
ipsa per se veritas propter voce docuit: quod
de resurrectione carnis postmodum opere
demonstrauit: et tamen adhuc quorundam
infirmitas fidem non habet in domo fidei
stans. Sed mirari solent qualiter caro re-
utuiscere possit ex puluere. Miretur igit
tur altitudinem celi: molem terreas abyssus
aquarum: omnia que in mundo sunt ipsos
quoque angelos creatos ex nihilo. Minus
est valde aliquid ex aliquo facere: quod omnia
ex nihilo fecisse. Propterea elementa
speciei rerum species resurrectionis imaginem
predictant. Sol enim quotidianie nostris oculis
moritur: quotidianie resurgit. Stelle ma-
tutinis horis nobis occidunt: vespere res-
urgunt. Arbuscula estiuis temporibus ples-
na folijs et frugib; videmus: que hy-
mali tempore nuda folijs floribus ac fru-
ctibus et quasi arida remanentes sed ver-
nali sole redentur: cum a radice humor sur-
rexit: suo iterum decoro vestiuntur. Cur
ergo de hominibus diffiditur quod fieri
in lignis videatur? Sed sepe in puluerem
putrescentes carnes aspiciunt et dicunt.
Unde ossa et medulle: unde caro vel cas-
pilli poterunt in resurrectione reparari?
Hec itaque requirentes parva semina in-
gentium arborum videantur: atque si possunt
dicant. Abi in eis latet tanta moles robo-
ris: tanta diuersitas ramorum: tanta mul-
titudo et viriditas foliorum: tanta species

Liber II

Omelia XX

florum: tanta vbertas savor atq; odor fructu? Hunc quid semina arborum vel saporem habent: quem ipse post arbores in suis fructibus proferunt? Si ergo ex semine arborum quod videri nō potest produci potest: cur de puluere carnis humanae difficit: quia ex eo reparari forma valet que non videtur? Sepe autem obisceret inanem questiuclam solent: qua discent. Carnē hominis lupus comedit: luppen leo devorauit: leo moriens: ad puluerē redit: cum puluis ille suscitat: quomodo caro hominis lupi et leonis carne disuiditur? Quibus quid respondere aliud debemus: nisi vt prius cogitent qualiter in hoc mundo veneriant: tunc inuenient qualiter resurgant. Certe tu homo qui loquerias: aliquādo in matris utero spuma sanguinis fuisti: ibi quippe ex patre semine et matris sanguine parvus ac liquidus globus eras. Hec rogo si nosti qualiter ille humor seminis in ossibus duruit: qualiter in medullis liquidus remansit: qualiter in nervis solidat? est: qualiter in carne crevit: qualiter in cute extensus est: qualiter in capillis atq; vnguibus? distinctus: ita vt capilli molliores carnib? et vngues essent teneriores ossibus: carnisbus duriores. Si igit? tot et tanta ex uno semine per species distinctas sunt: et tamen in forma remanent coniuncta: quid mirum si possit omnipotens deus in illa resurrectioне mortuorum carnē hominis distinguere a carne bestiarum: vt virus idemque puluis et non surget in quantum puluis lupi et leonis est: et tamen resurgat in quantum puluis est hominis. Vide itaq; homo qualiter ad vitam venisti: et nequaquam dubites ad vitam qualiter redeas. Cur autem ratione vis comprehendere quomodo redreas: qui ignoras quomodo venisti? Da potentie creatoris tui quod comprehendere non vales de temetiō. Certe enim quia tu ex terra factus es: terra vero ex nibili te es creatus ex nibili. Ne ergo de carnis tue resurrectioне desperes: perpende prudenter: quia minus est deo reparare

quod erat: q̄ fecisse quod non erat. Sed non potes per resurrectioи effectum ratione comprehendere: perpende q̄ multa sunt que nō intelligis qualiter sint: et tamen esse nō dubitas. Dic rogo si nosti gyros cel: terre cardines: aquarū abyssus: vbi finiūt: vbi suspensi sunt? Scimus autem quia qd ex nibilo factum est: pendet in nibili. Sed si est aliquid qd dicitur nibili: iam nibilum nō est. Si autem nibil est nibili: nūq̄ mundi moles depressibet: nec vbi sit quod creatū est vt sit. Quomodo ergo nūq̄ est: quod nouim? quia est. Sed hec fortasse ad te multa sūt ad temetiōnē homo reuertere. Certe ex spiritu es creatus limo. Uno' inuisibilis altero visibili: vno sensibili: et altero insensibili. Quomodo ergo permisisti in te posuit spiritus et limus: atq; ex diuerso fieri res nō diuersa: ita vt in tanta cōuenientia mysticē spiritus et limus: vt cum caro atteritur spiritus marceat: et cum spiritus affligit caro contabescat. Sed forsitan necū preualeſ discutere temetiōne perpende rogo si vales quomodo rubrum mare virga diuisum est. Exod. 14. quomodo petre duritia: percussioне virge vnde emanauit. Num. 20. quomodo aarō virga sicca floruit. Num. 17. Quomodo ex eius genere venies virgo concepit: quomodo et in partu virgo permāst: quomodo quatriduan⁹ mortuus iussioне suscitatus ligatus manib⁹ ac pedibus de sepulchro exiit: quē postmodū soluit dñs per discipulos iussit. Job. 6. quō idem redēptor nō stet in vera carne atq; ossibus resurgens clausis ostijs ad discipulos intravit. Job. 20. Ecce hec inuestigare nō vales: et tñ credis. Cur q̄ de resurrectioи glia dubitādo et discutiēdo dubitas: q̄ tā multa mysteria sine discussioне credidisti? Qui tñ si resurrectionē carnis nō credis: omnia sine causa credidisti. Q; in hoc angeloz specaculo videris quidē velocitē cureres: postq̄ cursuz pegeris: ne beauit accipias auersaris. Vñ per paulū dñ. Sic curritez et comprehendatis. I. Corin. 9. Qui rura

Expositio beati Gregorii pape super Ezechielem

sus ait. Si in hac vita i christo tantisperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominib^z. 1. Cor. 15. Duiine aumen virtutis mysteria que comprehendendi non possunt. no intellectu discutiendi sunt: sed fide veneranda. Sciendo itaq; nobis est. quia quicquid ratione hominis comprehendendi potest: miru esse iam no potest. Sed sola est in miraculis ratio poteris scientis. Ecce dum de resurrectione carnis loquimur: ab expositionis ordine paulus lum digressi sumus. Ad ea ergo que ceptimus redeamus. Habent autem interiores portae vestibula: que viginti et quinq; cubitis in longitudine metrum. Si en octo ter ducimus: ad viginti et quattuor peruenimus. Cui vnus additur: ut viginti et quinq; teneamus. Auditores etenim boni qui quasi quedam vestibula sunt portarum eterne spe longanimitate tenent. octauum diem in trinitatis fidem sustinent. Que trinitas quia vnus est deus. octo quidem per tria dicunt: sed in vniuersi dei confessione solidantur. Plana sit vestibula. qz humilia sunt corda bonorum auditorum. Habent longitudinem. quia in spei perleuerant longanimitatem. Viginti et quinq; cubitis earum longitudine mensuratur. quia resurrectione carnis in octaua per trinitatem creditur: et eandem sanctam trinitatem vnb es se deum facient. Habent quoq; quinq; cubitos latitudinem. quia per vitam simplicem que quinq; sensibus ducitur: circa amorem proximi dilatantur. Et notandum qz postq; portarum vestibula superius alta dicta sunt. postmodum vestibulum qd quinq; cubitus habet latitudinem exteri respicere dicitur. quia nimis sunt auditores alij qui intellectu interioris vite magnis virtutibus proficiendo penetrant. et sunt quidam simplices qui bene quidem: sed iuxta sensus corporeos vinunt. Unde et exteri respicere dicuntur. Quasi enim extra respiciunt. quia iuxta sensus corporeos vinunt. Sed tamen et exteri respicientes intus sunt. quia et si sensus corporeos intelligendo transcendere nesciunt: fidem ta-

men atq; charitatem et humilitatem tenent. Et intus ergo sunt in spirituali edificio per amorem. et quasi foris respiciunt per similitudinem. Potest per vestibulum qd exteri respicere fides inchoanti designari. et per vestibulum qd est interi fides perfectiorum: qui iam per eam in virtutibus emicant. Possunt etiam per vestibulum interius precepta alteriora. per vestibulum vero qd respicit exteri precepta adhuc minima figurari. Per vestibulum quippe iterum ad gradus et ad portam. quia per precepta predicationis pertingit ad virtutes atq; aditum gratie celestis. Cum vero ubi alijs in cogitatione sua eterna meditari. celestia sapere. eisq; dicitur in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus vivere: quasi interius vestibulum ostenditur quod quinquaginta cubitis longitudine et viginti quinq; latitudine mensuratur. De quib^z numeris nunc tacemus. quia ex his iam multa superius diximus. Cum vero alijs precipit. vno vir debitu reddat. similiter autem et uxori viro: quasi vestibulum qd exteri respicit designatur. 1. Cor. 7. Qd quamvis extra respiciat: tam intus est. qz ruditus auditor agit qd carnis est et tamen a bonorum numero alienus no est. Potest autem et per orientis portam dominus. et per australi iudea. et per aquilonis vero conuersa gentilitas designari. Sed bac in re questo animu pulsat: cur in superiori narratione prophete prius orientalis. postmodum aquilonis. ac deinde austri porta descripta est? Cum easdem portas interiori atrio narraret: prius portam austri. deinde orientis. et tertio in loco descripsit aquilonis. Cur autem no eundem ordinem quem ceperat tenuit: sed hunc in portarum descriptione permutauit: ut et pri diceret. orientis portam aquilonis et austri et postmodum austri orientis et aquilonis. Sed si aquilonis nomine gentilitas designatur: cunctis studiose legentibus liquet quia ante synagogam gentilitas fuit. Nam et vir ipse a quo hebrei appellati sunt ex gentibus est electus. Gen. 10. Dicatur ergo

porta orientalis ante portaz aquilonis et austri. quia in dignitate sua domin⁹ ante gentilitatem et iudeā natus est. quia et ante omnia secula. Dicatur vero narratione subsequenti porta austri orientis et aquilonis. quia redē p̄tor noster in humana natura inter iudeā et gentilitatem nasci dig natus est. Quia et in fide synagoge venit et ante initium ecclesie quā ex gentib⁹ col legit. In prima ergo descriptione fit oriē talis porta ante portaz aquilonis et austri. in secunda autem inter portam austri et aquilonis orientis porta nominetur. quia ex di uinitate antecessit omnia et ex humanitate venit inter omnia. Quia et decedentis fidei finis factus est: et subsequētis genti litatis initii. Igitur quia ea que nec duz dicta fuerant ut domino lar gente potius rimati sumus: et ea que sepius sūt re plicata transcurrimus. Mane ad ea venia mus que sic iam per ordinē dicitur. ut in eis pene nihil de his que dicta sunt repli cetur.

Et per singula gazaphilatia ostiū in frontibus portarum.

Gazaphilatia superius diximus corda doctorū: que scītētē dīuitias seruant. Frōtes autem portarū sunt verba atq; opera predicatorū: in quibus eos foris agnoscim⁹ quales apud se intrinsecus viuant. Est autē ostiū per gazaphilatia singula in frontib⁹ portarū. qz vnuſquisq; doctor in corde auditoris intellectū aperit. in dictis et opib⁹ patrū. Cum enī Petri apostoli predicationē discutim⁹. cum pauli verba pscrutam⁹. cū Johannis euangeliū inue stigam⁹. atq; ex eoz verbis auditores nostros ad iteriore intellegētū trahim⁹: quid aliud agimus nisi ostium in portarū frontibus aperimus. Dicatur ergo per singula gazaphilatia ostium in frontibus portarum. quia si doctor hoc qz loquīt̄ apōstolorum dictis mintime confirmat in frontibus portarum ostiū nō habet. Et si ostiū non habet: vici iam gazaphilatii spiritalis edificij non potest. quia si intellectum

non aperit: doctor non est. Cum vero atq; ditors boni per ora docentis apostolorū dicta et opera cognoscit: culpas suas apō semetiplos tacite reprehendunt. et lachry mis insequunt̄ oris qz se egisse inique mea minorunt. Unde hinc quoq; de ostio qz est in frontibus portarū subdit.

E Ibi lauabunt holocaustū.

Qui enim se per fidem in cōuersatione sancta dño deuouerūt: holocaustū domi no faci sunt. Sed qz adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiunt. qz adhuc in eis cordis mundicia sordidis cogitationibus inquinat̄: quotidie ad lachrymas redunt afflidiſ fletibus affliguntur. Sanctorū enim patrū dicta et facta consi derant. et cum se indignos pensant: i portarum ostio holocaustum lauāt. Ecce etenim quis pro timore omnipotentis domini esse patiens deuouit. nulli coniūtiꝝ p convitio reddere. omnia equanimiter tolerare. Et tamen cū hunc contumelia ab ore proximi illata subito percussit: turbatur. forte aliquid loquitur: quod loqu non debuit. Certe iste iam holocaustū est sed adhuc inquinatum. Fortasse cōtra illatas contumelias pacientiā exhibuit. tacitus permanit sed tamē contra easdē contumelias quas portat dolore tangit: eius qz animus in charitate sautiaꝝ. Pacientia enī vera est: que et ipsum amat quem portat. Nā tolerare sed odisse: non est vir tus mansuetudinis. sed velamentū furorū. Hic itaq; sepe in cogitatione sua se indicat reprehendit semetipsum qz dolet: nec tam apud se preualet obtinere ne voleat. Nam ergo per bona deuotionem holocaustū est: sed tamē per dolorem quo tangitur adhuc inquinatum. Alius ea possidet apud semetipsum decreuiū indigentibus cuncta tribuere. nil sibi met̄ reseruare. via tam suā soli lugne gubernationi cōmittere. Sed dū prebet paupib⁹ que hz: fortasse cogitationē menē subrepit que dicit. Unde viuis. si cuncta dederis? Hec tamē desistit tribuere. Sed qz letus dare ceperat: postmodū tristis prebet. Quid hui⁹

P

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

mēs nisi misericordie holocaustū est? Sed tamen per tristiciā cogitationis inquinatum. Aut enim deliberare summa non debuit aut post deliberatione nullo modo dubitare. Alius contēpta mundi supbia honores atq; dignitates huius seculi de cœruleo vitare. Ultimū appetit inter homines locum tenere ut tanto excelsior inueniatur in permanenti gloria: quāto humilioz aspicitur in transeunte vita. Is fortassis cum subito se a proximo despici agnoscit dedignatur cur despiciatur. Vult quidem in loco humili: sed tamē attendi contemptibilis non vult. Hunc iam deuotio eleuat: sed adhuc infirmitas grauat. Nam ergo per deuotionem holocaustū est: sed adhuc ex infirmitate iniquitatū. Hi itaq; qui in eis que optime deuouerunt aliqua infirmitate sui culpa tanguntur: cum p; verba doctorum dicta patrū intelligunt. et in quanta culpa iaceant agnoscunt. Sez ipsoz penitentie lamentis afficiunt: holocaustum in ostio portarum lauant. Scenduz vero est quia hoc inter sacrificium atq; holocaustum dicitat qd omne holocaustū sacrificium est: sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio etenim pars pecudis. in holocausto vero totū pecus offerri consueuerat. Unde et holocaustū latīna lingua totum incensum dicitur. Nē semus ergo quid est sacrificium: quid holocaustum. Cum enim quis suu; aliquid deo voverit et aliquid non voverit sacrificiū est. Cum vero omne qd habet. omne qd vult. omne quod sapit omnipotens deo voverit: holocaustū est. Nam sunt quidā quāt adhuc mente in hoc mundo retinentur: et tamē ex possessis rebus subsidia egētibus ministrant. oppresos defendere festinant. Isti in bonis que faciunt sacrificiū offerunt. quia et aliquid de actione sua deo immolant: et aliquid sibi metipis reseruant. Et sicut quidā qui nihil sibi metipis reseruant: sed sensum. linguam. vitā. atq; substantiam quam percepérunt: omnipotenti domino immolat. Quid isti nisi holocaustū offerunt: immo magis holocaustū flunt. Israheliticus etenim populus primum sacrificium in egypto obtulit. Exod. 12. Secundū vero in heremo. Exo. 13. Qui itaq; adhuc mentem habet in seculo: sed boni iam aliquid operatur: deo sacrificium obtulit in egypto. Qui vero presens seculum deserit. et agit bona que valet: quasi iam egypto derelicto sacrificium prebet in heremo. quia repulso strepitū desideriorū carnalium in mentis sue quiete atq; solitudine deo immolat quicquid operatur. Quia ergo sicut dictū est sacrificium sit etiam holocaustum: matus tamen est holocaustū sacrificio. quia mente que huius mundi delectatione nō permittit: totum in omnipotentis dei sacrificio incenditur quod habetur. Sed secundū nobis est quia sunt quidam qui etiā seculum relinquentes totum quidem qd habent offerunt: sed tamē in bonis que agunt minime compunguntur. et bonum quod agunt holocaustum est. sed quia fieri a semetipsoz ditudicare nesciunt. sez ex amore ad lachrymas non accidunt: pfectum eorum holocaustū non est. Hinc per psalmistam dicitur. Memor sit omnis sacrificij tui: et holocaustum tuu; pingue fiat. Ps. 19. Holocaustū quippe siccum est bonum opus quod oratione lachryme non insundunt. Holocaustū vero pingue est quādo hoc quod bene agitur: corde humili etiā per lachrymas irrigatur. Unde rursus dicitur. Holocaustū medulla offeram tibi. Ps. 65. Quisquis enim bonum opus agit: sed omnipotentis dei amioze atq; desiderio fieri nescit: holocaustū haber: sed medullam in holocausto nō habet. Qui vero bona operatur: et visioni iam creatoris sui inhiat. atq; ad eterna contemplationis gaudia peruenire festinat. Sez ipsum ex amore quo accenditur in fetib; mactaz holocausta domino medullata dedit. Studendū vero nobis est et mala funditus relinquere. et bona qd sibi sacrificium operari. atq; in ipsis bonis qd agimus amore eterni luminis compūgi. Ipsa enim cordis tenebras discutit amor Ius

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

tur: in altitudinem vero fidei uno cubito ex crescere: et summa admiratio magni sunt venerandi. Debent ergo parvulorum animas in sinu sue conuersatibus suscipere: et atque eas in conspectu domini velut quoddam holocaustum ac sacrificium offerre. Unde aperte sequitur.

Super quas ponunt vasa in quibus immolatur holocaustum et victimam.]

